

obstantibus muneribus, juste processit, teneatur ad restitutionem acceptorum ante sententiam, dubitant Doctores. Affirmativa videtur probabilissima ex cit. juris; negativa tamen non est improbabilis: tum quia leges istae non faciunt mentionem fori interni, in quo donatio per se valet; tum quia restitutio ista sapit naturam poenae, quae ante sententiam non debetur. Quod si iudex per sententiam condemnatur ad restituendum tripulum accepti, & duplum promissi, ut statuitur cit. Auth. novo iure, restitutio fit sileo, & non danti, ut pote eadem turpitudine laboranti.

10. R. 2. Iudex licite accipere potest moderata xenia. Ita cit. c. 11. §. insuper de rescrip. in 6. ibi: nisi forsitan esolentium, & poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus, & cit. l. 18. ff. de off. praesid. & l. 6. §. 3. ff. de off. procon. ubi J. C. us ex Epist. Severi, & Antonini Impp. ait: vetus proverbium est: neque omnia, neque quoties tempore, neque ab omnibus: nam valde inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est, & omnia avarissimum, & in fine sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. Ratio est, quia xenia, cum modica sint, & humanitatis causa sponte offerantur, non videntur sufficere ad pervertendum animi iudicis. Nec obstat nov. 8. in fin. ibi: nihil penitus accipientes, nam prohibentur sola munera, & xenia excessiva, quae ad munerum qualitatem ascendant.

11. R. 3. Iudex de iur. Can. non potest licite recipere sportulas. Ita c. 10. de vit. & honest. & cit. c. 11. §. insuper de Rescr. in 6. nam tales sportulae non sunt necessariae iudici Ecclesiastico ordinatio, cum iste suus redditus deputatos habeat; neque delegato, qui regulariter est Clericus beneficiatus habens congruam sustentationem; ergo utique abstinere debet sportulis, utpote quandam speciem mali praesentibus. Permittitur tamen in cit. c. 11. ut iudex, si in gratiam litigantium iter agere debeat, expensas moderatas itineri exigere possit, uti & salarium pro assessore, si quo indiget, & de suis parentibus eum alere non potest. At de iure civili iudex delegatus (non ordinarius utpote habens salarium a principe constitutum) potest a partibus sportularum nomine exigere pro suo labore duos aureos in principio, & alios duos in fine litis, Nov. 82. c. 9. modo lis transierit centum aureos.

12. Q. VI. Quid iudex in iudiciis supplere teneatur? R. Ea solum, quae sunt juris, si vel omittit, vel minus dicta sunt a litigantibus, vel eorum advocatis, ita c. 1. h. t. & l. un. C. ut, quae desunt advocatis partium, iudex suppleat; nam ea, quae sunt juris, per se spectant ad officium iudicis; ergo ab eo omitti non debent, sed suppleri. Unde iudex est examinare libellum, & ineptum rejicere, defendere iudicium calumniae, dare dilaciones, actorem excommunicatum ab agendo repellere c. 12. de except. inquirere probationes ex ipsa causa ortas &c. At contra iudex regulariter non supplet ea, quae facti sunt, cum iudex non debeat agere id, quod est partium, ut exceptiones obijcete, testes, instrumenta, & alias probationes producere, prolationem sententiae petere &c. Excepi, nisi imminet periculum animae, sicut in matrimonialibus, vel nisi factum sit notorium, vel testes notorie indigni, vel nisi favor publici boni, causa pie, aut miserabilium personarum exigat, ut iudex suppleat etiam ea, quae facti sunt.

13. Q. VII. An iudex teneatur iudicare secundum ius rigorosum in se clarum, & certum? R. Affirmative, est contra sententia mitior videatur sibi probabilior, & equior, ita Can. 3. d. 4. ibi: cum leges fuerint institutae, & firmatae, non licebit iudici de iuris iudicare, sed secundum ipsas, & c. 1. de Consi. ibi: nemo in iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed Canonum auctoritate debeat. Idem statuitur in iure civili l. 13. C. de sent. & interlo. ubi iudici praecipitur, ut non ex consultationibus, vel sententiis aliorum, sed ex legibus ius dicat, cum non exemplis, sed legibus iudicandum sit, & iuxta l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. & l. 15. pr. ff. ad Municip. falli quidem quaestio in arbitrio est iudicantis, parva vero persequutio, seu id, quod iuris est, non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur. Ratio est, quia iudex, utpote interior, legem iustam, etiam duram, & ri-

gorosam, non potest tollere, vel relaxare; alias quisque iudex ob privatam existimationem facile a legibus recederet; ergo iudicare debet secundum legem rigorosam, modo fit certa, & in se clara, quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est, l. 12. pr. ff. qui & a quib. manum. Excepi, nisi lex rigorosa esse obscura, & incerta, vel contra eam daretur lex mitior, vel probabilior constaret de mente legislatoris, quod talem casum noluerit comprehendere sub hac lege.

Dices: l. 90. ff. de R. J. in omnibus quidem, maxime tamen in iure, aequitas spectanda est, & l. 8. C. de iudic. placuit in omnibus rebus praecipuum esse iustitiam, aequitatisque, quam stricti iuris rationem, ergo iudex suadente aequitate potest, imo debet iudicare contra iuris stricti rigorem. Sic olim Praetores iudicabant corrigendo, & temperando iuris rigorem. Quae Hos, & similes textus procedere de illis casibus, qui in lege dura, & rigorosa non sunt expresse, & clare decisi, sed rationabile est dubium, an hic, vel ille casus continetur sub lege, & tunc aequitas rigori iuris praeferenda est, ut eam sepius praetulerunt J. C. i, & Praetores, hac interpretandi facultate praediti: e contra si casus est clare decisis in lege rigorosa, non licet ab ea recedere etiam praetori, cit. l. 12. pr. ff. qui, & a quib. & l. 12. ff. de honor. poss. ubi praetor non potest dare bonorum possessionem ei, cui lex prohibet eam accipere, sed mitigare talem legem soli principi reservatur l. 1. C. de l. l. Ex his plura alia solvuntur l. 183. ff. de R. J. l. 7. §. 1. ff. de J. & J. l. 11. ff. de in ius voc. l. 85. & 90. ff. de in integ. rest. l. 2. ff. de confi. pecun. l. 15. ff. de recep. l. 79. ff. de iur. dor. &c. Et sic etiam explicandum est illud brocardicon: Summum jus, summa iniuria.

14. Q. VIII. Quam sententiam ex probabilibus teneatur iudex amplecti? R. 1. Iudex non teneatur sequi sententiam communem, dum opposita est gravioribus fundamentis appareat ei vere probabilior, cum eligenda probabiliorum, propius accedat veritati iudiciorum. R. 2. Iudex in causa civili teneatur sequi partem probabiliorum quam probabilem, seu in partem illam inclinare, pro qua stant potiora merita causae. Ita hodie certa sententia, & oppositum damnavit Inn. XI. n. 2. Probabiliter existimo iudicem posse iudicare iuxta opinionem etiam minus probabilem: nam iudex iudicare ex quasi contractu teneatur secundum merita causae, ergo pro illa parte sententia debet, quae habet probabiliora, seu potiora merita causae. At in criminalibus, in quibus requiruntur probationes licet meridiana clarioribus, potius savendum est reo, est partes illius sint minus probabiles, quia praestat nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. R. 3. Si utraque pars est aequae probabilis, quod in praxi raro accidit, iudex non potest accipere pecuniam, ut sententiam in favorem unius praeter altero ferat, quia hoc modo venditur sententiam, seu actum iustitiae, nullo pretio temporali estimabilem. Oppositum damnavit Alex. VII. nu. 26, qui non obstat c. 24. de offic. deleg. nam in eo permittitur iudici esse gratiosum quo ad arbitria, in quibus nullum est periculum, & praesidium tertii. Quare si omnia sint aequalia, sententia ferenda est pro reo possessore, vel qui possessionem antiquiorem, & titulatam probaverit, vel iudex pronuntiabit secundum interdictum: uti possideris, ita possideatis.

15. Q. IX. An iudex ex scientia publica probatorum, & allegatorum condemnare possit reum, quem certa privata notitia scit innocentem? Negant universales tam in civilibus, quam in criminalibus Abbas, Besold, Gormaz, Pichler, Schmier. Affirmant in casibus civilibus, & minoribus criminalibus, sed negant in maioribus, ubi agitur de poena mortis, vel mutilationis, Lessius, Laym. Haunold. Reiff. Schmalz, & alii. Utraque haec sententia valde est probabilis. Affirmant etiam in criminalibus capitalibus S. D. Sanchez, Covar. Clar. Azor, & plerumque alii T. Canoniste, & Criminaliste, quorum sententia non minorum habet probabilitatem. Unde cum tertia sententia.

R. Affirmative, si nullum fuerit remedium liberandi innocentem. Prob. 1. arg. principali. Deus reipublice dedit potestatem publicam puniendi reos legitime convictos independentem a privata notitia iudicis, & consequenter, auferendo talibus reus jus conservandae omnia iudicia criminalia secundum leges sta-

ta subduxit a precepto: non occides Can. 9. §. quafdam 23. q. 5. ergo iudex licite condemnat reum legitime convictum, siue privatim sciat, siue nesciat esse innocentem. Prob. ant. ex c. 17. Demer. ubi Deus ad substantiam iudicii criminalis tria praecipua requirit: nuntiationem, seu querelam, inquisitionem diligentem, seu exactam testimoniorum, & defensionem discussioem, & veritatem iudicalem ex duobus, aut tribus testibus elicitam v. 6. in ore duorum, & trium testimonio peribit, qui interficietur. Nullibi vero mentio fit privatae notitiae iudicis, alioquin Deus dicere debuisset: in conscientia privata iudicis, & in ore duorum, vel trium testimonio &c. ergo Deus republicae dedit potestatem puniendi reos independentem a privata notitia iudicis. 2. Hoc ipsum probatur ex Can. 4. iudicet. 3. q. 7. ubi S. Ambrosio dicitur: bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domestica propositio voluntatis, sed iuxta leges, & iura, hoc est, secundum allegata, & probata pronunciat, nihil paratum, & meditantem domo deferri: sed sicut audit, ita iudicat. Eadem repetit S. Aug. super psalter. bonus iudex, inquit, nihil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges, & iura pronunciat. Quid, & similes textus manifeste innuunt, publicam potestatem iudicis esse profusam independentem a privata scientia, utpote non pertinente ad iudicia cap. 2. de off. Ordinari. 3. Iudex, in omnium sententia, non potest condemnare reum legitime convictum, licet privatum certo sciat esse vere nocentem, quia scilicet privata scientia impertinet est ad informandum publicum officium iudicis; ergo e contra iudex licite condemnat reum secundum legitime convictum, licet privatum sciat innocentem, quia scientia publica ex duobus, vel tribus testibus hausta, de se est sufficiens ad informandum publicum officium iudicis. Nec video solidam disparitatem in eo, in quo ponitur paritas, sed quidquid dicitur, in idem redit; an scilicet publica potestas a Deo data, necessario concordare debeat cum privata scientia iudicis, & ab ea regulari? si non ergo vera est nostra sententia dicens potestatem iudicalem absolventi, & condemnandi datam esse a Deo dependenter a scientia publica, non privata; si ita, ergo neque iudex absolvere potest reum non convictum, quem privatim certo scit nocentem, cum sententia ipsius non concordaret cum privata notitia, sed respectu huius falla, & mendax fore. Ex hoc argumento primo constat potestatem publicam iudicis datam esse dependenter a scientia publica, & generaliter subductam fuisse a precepto non occidendi: unde adversariis tria restant probanda: 1. quod potestas iudicialis in aliquo casu pendat a scientia privata: 2. quod scientia publica iudicis necessario concordare debeat cum privata: 3. quod praesens casus non continetur sub generali potestate iudiciali, sed restrictus sit sub precepto non occidendi. Uno ex his probato, cetera sequuntur.

Prob. 2. argumento indirecto. Ideo iudex non potest condemnare reum legitime convictum, quem privatim scit innocentem, quia sententiando directe, & per se occideret innocentem in se talem, sed non occidit directe, & per se: tum quia iudex adhibet omnem diligentiam, & sollicitudinem ad reum liberandum, adeoque directe non vult eum occidere; tum quia sententiando, per se intendit exercere actum officii publici, ad quem obligatur vi querelae, & probationis legitime, licet ex tali actu per accidens sequatur mors innocentis, sicut belli dux impetere potest mania, turbines, & naves inimicorum, licet exinde sequatur mors multorum innocentium; tum quia reum publice convictum, non tam iudex, quam ipsa lex condemnat l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. lex autem non iniurat, sed testes falsi directe occidunt, ut ait S. D. 2. q. 64. ar. 6. ad 3. ergo talem reum iudex condemnare potest citra periculum homicidii. 2. Iudex, & exequutor equiparantur in hoc puncto, an contra scientiam privatam liceat facere actum iudicalem? cum in utroque sit idem periculum peccandi, licet exequutor potest, imo teneatur exequi sententiam, quam privatim scit esse injustam, modo sit iusta iudice, ut expresse decidit Innoc. III. c. 28. §. quia vero de off. deleg. ergo & iudex ferre potest sententiam iudice iustam, licet privatim sciat esse injustam, & conf. neuter peccat, aut occidit, cum utroque directe aliud non agat, nisi id, quod ordo iuris deposcit.

Prob. 3. argumentis levioribus; iudex vi auctoritatis divinae constituitur persona publica, cuius scientia debet esse publica, voluntas publica, & potestas publica; ergo si per suam imprudenciam, vel negligentiam nihil committat contra processum iudicarium, condemnando reum publice convictum, licite agit ut persona publica, cum ut talis melius agere non possit secundum iura; non fecit ac iudex, qui privatim ignorat reum esse innocentem, ne dicamus, quod iudici ignorantia sua ignorantia det jus ad condemnandum reum in se innocentem. 2. Si iudex in dato casu non possit condemnare reum, eadem documenta sequentur ex impunitate talium reorum; quae alias sequuntur ex impunitate vere nocentium, cum republica non censetur lesa per civem, nisi ut publice convictum; insuper sequeretur corruptio iudicum privatam scientiam innocentiae pro conniventia allegantium: denique sequeretur quod in publico iudicio iudex obligaretur stare magis uni sui ipsius testimonio, quam plurium aliorum, ergo. Huic sententiae magnam auctoritatem conciliat S. Thomas 2. 2. q. 64. ar. 6. ad 3. & 2. 2. q. 67. ar. 2. per tot. cum suo commentario Cajetani, & Setaphini. Ceterum ut iudex hac sententia ius possit, prius adhibere debet omnia possibilia remedia ad reum liberandum: ut a principio ex iusta causa rejiciendo accusationem, vel eam remittendo ad iudicem superiorem, severius, & particularius examinando testes, vel citra scandalum praebendo occasionem, vel dissimulando, ut reus fugiat; & si est princeps, seu iudex subalternus habens jus aggratiandi, gratiam reo faciendo: quibus omnibus adhibitis vix moraliter possibilibus est casus, in quo vere innocens condemnatur. Si tamen totus populus peteret iustitiam, quo casu cessat jus aggratiandi, princeps non valens liberare reum, posset tuto sequi nostram sententiam, ne alias regno spoliaretur. Vide Cajet. loc. cit.

Obj. 1. cit. cap. 17. v. 4. Demer. inter ceteras conditiones, etiam ponitur veritas: & verum esse reperitur: sed si iudex certo scit reum esse innocentem, nunquam verum reperiet; nam falsa testimonia verum tamen fabricare nequeunt. 2. Quod publica scientia iudicis postponenda sit ceterae veritati privatae, ipse DEUS docet Exod. 23. non suscipies vocem mendacii, non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, ut a vero desies infortem, & iustum non occides. 3. Iudex conformari debet iudicio divino, quia DEI iudicium est, Demer. 1. v. 17. sed in nostro casu iudex non conformatur iudicio divino, in quo reus haberet omnino innocens, ergo. 4. Allegata, & probata per testes plus non faciunt, quam fidem, & praesumptionem, imo totum hoc iudicium est pure existimatum, ut nemo sanus negare potest, cum probationes dicant delictum esse, quod reus non est, sed fides, praesumptio, & existimatio cedere debet certae veritati, quam iudex habet de innocentia rei: neque enim est credibile DEUM velle, ut iudex sententier pro falsitate sibi nota contra certam veritatem; ergo iudex in hoc casu non potest sequi fidem probationum.

R. Ad 1. Textus iste, ut ante dictum, procedit de veritate iudiciali, & publica ex duobus, aut tribus testibus elicit: neque enim intelligi potest de veritate naturali, & physica, quae in iudiciis fere semper est impossibilis, cum etiam mille testes physicam certitudinem non faciant. Ad 2. Textus iste Pilato, & iudicibus ei similibus obrudi debet, dum acquiescunt multitudini tumultuanti, & nihil iudicis probant, sed ex invidia, & odio infomes ad mortem potestati: scilicet testimonis conformibus, quae publice non infirmantur ut falsa, acquiescendum est; cum iudex iudicare debeat, non secundum ea, quae sunt, sed secundum ea, quae audit in iudicio. Ad 3. Non est omnimoda paritas: nam Deus non iudicat ex testimoniis, seu scientia aliena, sed ex sua propria scientia, & potestate: e contra iudex iudicat ex testimoniis, seu scientia aliena, & potestate publica, adeoque publica scientiae, & non suae conformari debet. Ad 4. C. maj. & negamin. licet enim existimatio publica cedere debeat veritati publicae, si haec in iudicio afferatur, non tamen cedit veritati privatae, quae minime pertinet ad iudicia, cum Scriptura dicat, quod in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Cetera argumenta ex his solvuntur.

solvuntur, ut c. 44. de sent. excom. c. 1. de sent. & re jud. in 6. l. 6. s. 1. ff. de off. prefid. & que affert Cajet. loc. cit. Fateor tamen secundam sententiam esse tutiorem, & magis piam.

TITULUS XXXIII.

De Majoritate, & Obedientia.

Agitur de hac materia in Sexto, & Extrav. b. r. in Decreto dist. 21. 22. 93. 96. & 8. q. 4. & 9. q. 3. Canon. Episcopo cum seqq. & Canon. 34. d. 5. de consec. In Trid. sess. 25. c. 6. v. Episcopis & fess. cad. c. 17. de ref. & fess. 25. e. 13. de Regul.

1. Nota, hunc titulum per modum complementi subjeti prioribus, eo quod inter iudices, & personas Ecclesiasticas detur inaequalitas, ut alius alio sit excellentior, seu major. Majoritas ergo in presenti est quadam excellentia unius persona comparate cum altera. Ad majoritatem jurisdictionis sequitur obedientia, quam minor debet majori, exhibendo ei reverentiam, ejus mandata observando, eique in iudicio parendo.

2. Q. I. An sacerdotium sit majus imperio? R. Affirmative, ita Innoc. III. ep. 6. h. r. ubi sacerdotium comparat soli, & animae, imperium veroluna, & corpori: nam Christus Dominus in Republ. Christiana potestatem temporalem subiecit spirituali, utpote digniori. Et ideo recte dixit Deus Sacerdoti: Ecce constituimus te super gentes, & regna. Jerem. 1. Unde reges, & principes subiecti sunt in spiritualibus non tantum Papae, sed etiam suis Episcopis tanquam pastoribus.

3. Q. II. Qui sint gradus majoritatis in ordine Ecclesiastico? R. Seqq. 1. Papa antecellit omnes in Ecclesia, tanquam Pastor universalis. 2. Cardinales Episcopi, Presbyteri, & Diaconi ex dispositione Bonif. VIII. & Clem. V. quibus etiam Urban. VIII. 1620. die 10. Junii titulum eminentiae attribuit, cum alias dicti fuerint Illustissimi. 3. Patriarche, Alexandrinus, Antiochenus, Jerusalemitanus, & Constantinopolitanus, qui deinde tribus prioribus prelati sunt. 4. Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, Prælati, & tandem ceteri Clerici. 5. In diocesi primum locum obtinet Episcopus: hunc de jure communi sequitur Vicarius generalis, Archiepiscopus, Archiepiscopus, & alii Canonici: sede autem vacante Vicarius sequitur decanum, qui primam dignitatem obtinet in Ecclesia cathedrali. At de consuetudine præsertim Germaniæ Vicarius, si Canonicus est, obtinet locum sui Canoniciatus: si vero non est Canonicus, sequitur Canonicos: deinde veniunt Canonici collegiati, decani rurales, Parochi, & reliquis Clerus secularis. 6. Clerum secularem excipit Clerus regularis, in quo de jure præcedentiam habent Canonici, & clerici regg. tum monachi, ac denique mendicantes. De consuetudine sæpe aliud observatur. 7. In concursu cleri secularis, & regularis Abbates, & Prælati regulares præcedunt Canonicos etiam cathedralis solitarie incidentes, quia his præeminet jurisdictione, licet consuetudo aliud habeat in certis locis. Si autem Canonici collegialiter incedant cum suo Episcopo, præcedentiam habent ante Abbates, & Prælatos regulares; quia hoc modo representant Ecclesiam cathedralis, que dignior est abbatali; hæc vero post Episcopalem dignior est aliis dignitatibus, & Ecclesiis. Can. 12. si quis 16. q. 7.

Ad Papæ majoritatem spectat, quod omnes per universum orbem Episcopi status temporibus a Sixto V. Constit. 15. Romanus Pontifex - ex veteri Ecclesiæ more Can. 4. juxta dist. 93. visitare debent limina Apostolorum, & suarum Ecclesiarum statim referre juxta Instructionem S. Cong. Conc. impressam in appendice tom. II. bullarii Benedic. XIV. pag. 1. qua comprehendit etiam Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas. Ad hujusmodi visitationem tenent etiam Episcopi Titulares, ac etiam administratores datæ alicui Episcopo in legitima etate nondum constituto, non vero coadjutores, probat idem Bened. lib. XIII. de synod. dioc. c. 6. n. 5.

Sixti Constit. confirmavit dictus Benedic. 23. Novemb. 1740. Constituit, Quod Sancta - eamque extendit ad omnes, & quoscunque Abbates, Priores, Praepositos, alioque quocunque nomine ac titulo insignitos, etiam S. R. E. Cardinales, tam seculares, quam

regulares, jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, jam promotos, & promovendos; qui antequam suorum monasteriorum, seu Ecclesiarum possessionem adipiscantur, juramentum præstare debent juxta formulam in d. Const. descriptam, in manibus Cardinalis Decani, si presentes sint in curia, sin minus in manibus Nunciæ aut Legati Apostol. & si hic absens fuerit, in manibus alicujus Episcopi, aut Archiepiscopi eorum arbitrio eligendæ, se ejusmodi visitationem personaliter peracturos, ac de sibi commissis monasteriorum, & Ecclesiarum procuratore relationem Romano pro tempore existentis Pontifici reddituros singulis triennii, a die capte possessionis incipiendæ, si sint Itali, vel ex Insulis, & provinciis Italia adjacentibus; reliqui vero quinto quoque anno: quibus resistentibus temporibus completis, repetere toties quoties venient, sub panis Papæ præservati iusto facto incurrendis ab omittentibus prædictas relationem, & visitationem; videlicet ab ingressu Ecclesiæ, & administratione tam spiritualium, quam temporalium, nec non a perceptione fructuum monasteriorum, seu Ecclesiarum, interim exigendorum ab Episcopo, vel Archiepiscopo vicinioris monasterio, aut Ecclesiæ nullius; & insinuatorum in opus fabricæ, seu ornamentorum Ecclesiæ emptionem, prout magis exegerit necessitas.

Si vero legitime impediti fuerint, jurare debent, se prædicta omnia adimpleturos pro nuntium in dignitate Ecclesiastica seculari, vel regulari consensum, qui sit de gremio suorum monasteriorum, vel Ecclesiarum; aut per aliquem Sacerdotem secularem, vel regularem; qui tamen docere debent de impedimento legitimis probationibus Cardinale S. Congreg. Concilii præfeto exhibendis.

Circa hæc visitationem quo ad omnes Episcopos, vide late scripta a Fagnan. c. 4. Ego N. Episcopus de jure juran. &c.

4. Q. III. Quem majoritatis gradum obtineat Proto-Notarii Apostolici? R. 1. Proto-Notarii, seu primi Notarii participantes, sunt persone in dignitate Ecclesiastica constitute speciale officium in curia romana obtinentes: crantque olim septem per septem urbis regiones deputati ad conscribenda gesta martyrum; hodie vero sunt duodecim ex Constit. Sixti V. incip. Rom. Pontifex & alia: Lanababilis, quorum officium est adnotare ea, que in publicis Consistoriis geruntur, & conscribere instrumenta authentica, si rogentur. Hi ex privilegio dicti Pontificis exempti sunt a jurisdictione jusculanæ Ordinarii: post Episcopos proximum dignitatis locum obtinent, & facultatem creandi doctores, & notarios publicos, legitimandi scriptos ad successiones hereditarias, arma defendendi, testandi de his mille ducatis proventuum Ecclesiasticorum.

Ex Constit. Bened. XIV. Inter conspicuos. 29. Aug. 1744. §. 23. Nequeunt promovere absentes ad gradus doctoratus; presentes vero in urbe, non nisi sex in singulos annos, servatis conditionibus ibidem præscriptis &c.

2. Proto-Notarii honorarii, seu rituales, seu non participantes sunt, qui præfice honorem hujus nominis obtinent cum certis privilegiis; ut deferendi rochetum, & mantellum coloris nigri, vel violacei, utendi pileo super suis insignibus, exequendi literas apostolicas &c.: & hi præferuntur quidem aliis Clericis nullam dignitatem obtinentibus: non tamen prælati regularibus, ut Generalibus, provincialibus, & localibus; cum hi ob jurisdictionem fori externi sint proprie dignitates Ecclesiasticæ. Plura de his vide apud Barbofam lib. 1. c. 13. jur. Ecclesiastic. minor.

5. Q. IV. Ex quibus titulis præeminetiam inter Clericos pariter acquiratur? R. 1. Ex titulo aliorum ordinis, vi cujus Sacerdos præferendus est Diacono, c. 15. h. r. sed hoc non observatur inter Canonicos, qui præcedentiam desumunt ex antiquitate ob consuetudinem approbatam c. fin. de consuet. in 6. 2. Ex titulo dignioris ordinantis, ut ordinatus a Papa reliquis præferatur c. 7. h. r. 3. Ex titulo prioritatis temporis, qualiter seniores parochi præferuntur junioribus c. 1. h. r. 4. Ex privilegio, sicut Patriarchatus Constantinopolitani tribus prioribus prælati est in Concil. Constantinop. I. Can. 5. qui Canon, prius ab Ecclesia Romana rejectus, deinceps tamen approbatus est cap. 23. de privi.

Idem Cir.

Circa præcedentiam, tam inter Canonicos, Parochos, ceterosque cleri secularis, quam inter Canonicos regulares, monachos, & mendicantes in processibus, & synodi, nec non confratres confraternitatum vide sese allata a Ferraris Prompta Bibliotheca in opere. & Supplemento verbo Præcedentia, & signatur Constit. Greg. XIII. & Urban. VIII. ac quæplura decreta S. Cong. Rituum ibidem relata.

Circa præcedentiam inter regulares utriusque sexus ejusdem Ordinis, hæc semper desumenda erit a die professionis, & non receptionis habitus, Cong. Episcop. & Reg. in Ravennaten. 12. Sept. 1588. & in Augustinianor. Lombardie 7. Jan. 1634. Si duo simul admissi fuerint, vel ad habitum, vel ad professionem, etiam si admissio facta fuerit in alio monasterio, ille præcedet, qui prius in capitul. acceptatus fuerit, quamvis quis vellet cedere juri suo, non obstante qualibet contraria consuetudine, que declaratur abusus d. Cong. in Neapolitana 23. Novem. 1592. in Mexicana 3. Jan. 1594. in Anconitana 14. Jun. 1592. In Assis. 13. Martii, & 3. Octob. 1603. relata a Ferraris loc. cit. Et Cong. Conc. pro monialibus 1608. in Paduana relata a Barbofa in Summa Apostol. decis. verbo Præcedentia n. 29. Ratiificans professionem nulliter emissam, præcedat a die ratiificatæ professionis Cong. Conc. 1. Octob. 1672. in dub. præcedentia relata a Card. Petra comment. ad Const. S. Eugen. IV. n. 17. Professus bona fide ante tempus præcedat sine 16. annorum, Cong. Episc. in Bassilianensium 13. Nov. 1648. relata a Ferraris loc. cit. Laicus factus Clericus ex dispensatione Apostol. præcedat a die professionis Clericali, eadem Cong. relata a Ferraris ibidem. &c.

6. Q. V. Quis sit iudex liti de præcedentia in processibus, comitacionibus finierum, & similibus actibus? R. 1. Ad tollenda scandala Episcopo, amicaliter componit lites istas, etiam inter exemptos, remota appellacione, Trid. s. 25. c. 13. de Regg. 2. Si agatur posterior de jure præcedentia, hic pertinet ad iudicium Ecclesiasticum partis conventæ, quia tale jus est spirituale saltem connexive: at si agatur possessorio meri facti, & pars conventa fit secularis, poterit etiam iudex laicus decidere hæc quæstionem meri facti, cum de se sit temporalis; puta circa actus, quibus acquiritur quasi possessio præcedentia, turbatur, amittitur, aut retinetur. 3. Compositio inter Clericos de superioritate, & subjectione ligantes non est facienda, nisi vocatis iis, quorum interest c. fin. in 6. ne cuiquam præjudicium fiat.

Ad Episcopum etiam, & eo absente, ad Vicarium generalem privative spectat processiones publicas indicere, horam præscribere, dirigere, & ordinare, de consilio tamen capituli, non obstante quacunque contraria consuetudine, etiam immemorabili: ejusque mandato parere tenentur magistratus, & ceteri, qui ad illas accedere debent. Nec Parochus extraordinarias facere potest sine licentia Episcopi, ut ex pluribus decretis Sac. Cong. Rituum, & Conc. relata ab eod. Ferraris verbo Processio. &c.

7. Q. VI. Quid juris circa obedientiam? R. 1. Obedientia debetur Papæ a tota Ecclesiæ, Episcopo a diocesanis etiam Regibus, Cardinalibus a Clericis sibi subiectis, Prælati regularibus a suis Religiosis, & a Clericis, si quos sibi subditos habent, Abbatibus a monialibus, & Clericis sibi subiectis, cap. 2. 3. 4. 6. 11. 12. h. r. 2. Clerici curati tempore investiture tenentur Episcopo præstare juramentum obedientiæ; non tamen alii Clerici simplices, nisi aliud habere consuetudo, vel subditi contumaciæ se subtraherent ab obedientia c. 3. 10. h. r. 3. Si concurret major, & minor potestas contraria præcipiens, parendum est majori superiori respective, hoc est, qui majorem jurisdictionem habet in subditum Can. 2. d. 8. in fin. ibi: sicut enim in personibus societatis humane major potestas minor ad obedientiam præponitur, ita Deus omnibus, & Can. 97. qui resistit 11. quest. 3. S. Aug. docet magis obediendum esse proconfulli, quam curatori; & magis Imperatori, quam proconfulli. Non obstat Can. 5. cum seq. 9. q. 3. & c. 11. de off. ordin. nam procedunt de superiore majore absolute, non respective ad subditum.

8. Q. VII. Quæ sint puna inobedientium? R. 1. Non obediens constitutionibus Canonicis, incurrit

notam inobedientiæ, hoc est, quamdam infamiam facti, penitentia debilem cap. 5. h. r. 2. Nolentes ex contumacia obedire decretis Episcoporum, & aliorum Prælatorum, subiecti debent excommunicationi c. 2. h. r. nam contemptor potestatis meretur ab ea ligari.

Hactenus de personis, & iudicibus Ecclesiasticis: in seq. titulis Compilator ad imitationem juris civilis præmittit quædam preparatoria, seu præambula ad iudicium, de quo libro seq. Porro ista preparatoria sunt: 1. Treuga, pax, pax, & transactiones, quibus lis componi potest absque strepitu iudiciali. 2. Advocatorum, procuratorum, & syndicorum officium, quo litigantes juvantur. 3. Rescissiones, & restitutiones in integrum, que ob lesionem, vel aliam causam certis personis conceduntur. 4. Denique arbitraria, quia ius omnibus indulget coram iudice, vel arbitro litigare.

TITULUS XXXIV.

De Treuga, & Pace.

Agitur de hac materia in Extrav. Com. h. r. in Decreto dist. 90. & Canon. 25. illi 24. q. 3. In Pandectis lib. 49. tit. 15. leg. 5. & 19.

1. Nota, Treugam esse vocem barbaram ex idioma longobardico derivatam, vel ex germanica voce Trea, quod fidem significat. Treuga, quoad rem, est securitas personis, & rebus præstita ad tempus, bello necdum finito: & per ultimas particulas differt a pace, que est securitas de se in perpetuum, bello totaliter finito, & extincto. Treuga aliter vocatur inducie, seu armistitium; licet aliqui discrimen ponant in hoc, quod treuga in longius, & inducie in brevius tempus concedantur, l. 19. §. 1. ff. de captivis ibi: inducia sunt, cum in brevis, & presens tempus convenit, ne invicem se læssant. Treuga latius accepta significat inducias in quacunque discordia extramilitari interpositas: hic autem potissimum agitur de treuga militari, seu tempore belli interposita; & cum objectum illius sit suspendere bellum, pacis vero illud scopum, & extinguere, prius aliqua quæstia de bello, tum de treuga, & pace hic proponuntur.

2. Q. I. Quid, & quotplex est bellum? R. 1. Est discordia principum, aut rerum publicarum Superiorem non recognoscentium, viii, & arma sibi nuovo inferentium, S. D. 2. 2. q. 42. ar. 1. Ex qua definitione patet discrimen belli a rebellionem, que est discordia inter principem, & republ. sibi subiectam; a seditionem, que est discordia inter partem, & partem civitatis, aut populi; a rixa, & duello, que sunt discordia inter paucos privatos. 2. Bellum est duplex: a Defensivum, quo vis, aut injuria illata, aut proxime inferenda propulsa. Offensivum, seu aggressivum, quo damnum illatum reparatur, aut vindicatur. Utrunque de se est licitum, ut probant plurima exempla Sac. Scripture in Abrahamo, Moyse, Josue, Machabeis &c. & insinuat Apostolus Rom. 13. v. 4. ibi: non enim sine casu gladium portat &c.

3. Q. II. Quid requiratur ad justitiam belli? R. 1. Auctoritas summi principis; quia indicare bellum non pertinet ad privatam personam. 2. Iusta causa moraliter certa saltem principi, licet militibus de illa non constet, Canon. 4. quid culpatur 23. qu. 1. ita ut illi, qui impugnantur, ob culpam gravem, pro qua aliter satisfacere nolunt, mereantur talem impugnationem; ut quia injuste detinent alienas terras, quia gravem injuriam regi, vel Religioni catholice intulerunt &c. 3. Recta intentio bellantium, ut non odium, aut vindicta, sed amore justitiæ, & boni communis pugnet ad bonum promovendum, vel malum vitandum. Quo spectat etiam observantia legum bellicarum, ut veneno arma, fontes, & annona non inficiantur, amuleta magica non adhibeantur, Ecclesiæ non expellantur, obfides, & innocentes directe non occidantur, imo nec bellantes post partam victoriam; cum talis occisio amplius non sit necessaria, nisi aliqui ex hostibus ob speciale delictum promeriti sint ultimum supplicium. Ita com. DD. cum S. D. 2. 2. q. 40. ar. 1. & Cajet. ubi etiam contraria argumenta solvuntur, & Cajet. ibid. Ceterum stratagematis, & insidias, que sine fallitate sunt, licitum est in bello uti, S. D. ibid. a 3. Plura de bello vide in P. Laym. &c.

4. Q. III.

4. Q. III. An Tregua conventionalis, que initur ab utraque parte preliantium, observanda sit? R. Affirmative: nam talis tregua, prout constat pacto mutuo, est juris naturalis: quia nihil tam congruum fidei humane, quam ea, que inter coplacueris servari l. 1. pr. ff. de pact. prout vero importat modum gentibus utatur, quo ab hostilitate cessatur, pertinet tregua ad jus gentium. Canon. 9. d. 1. Jus autem naturale, & gentium observandum est etiam hosti, nisi iste prius fidem frangeret, tunc enim fides esset frangenda eidem. Unde quiddam capitur tempore induciarum, non fit capientium. His non obstant Exod. c. 12. v. 35. judic. c. 3. v. 20. lib. 2. reg. c. 10. & 4. reg. 10. v. 18. item Canon. 2. dominus 23. q. 2. c. 28. de jurej. ibi: in alterius prejudicium, & l. 1. §. 3. ff. de dolo malo, l. 25. ff. de captiv. l. 5. §. 5. ff. de re militi. l. 2. C. de commerc. & mercator. &c. nam in locis istis non approbatur perfidia contra fidem datam, sed solum permittitur dolus bonus, seu solertia, & stratagemata licita: neque reprobantur pacta quacunq; sed illa solum, que contrariantur bono publico; sicut pacta Ofnabrugensi a reprobata sunt a Sede Apostolica. Ceterum tregua conventionalis solvitur cessante conditione apposita, lapsu temporis, & perfida violatione alterius partis.

5. Q. IV. Quando loquimur habeat tregua legalis, seu Canonica a sacris Canonibus inducta? R. 1. Tregua Canonica temporalis, que cessatur a bellando, servanda est ab adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ, a septuagesima usque ad octavam Pasche; & per annum ab occasu solis feræ quartæ usque ad ortum solis feræ secundæ propter mysteria his diebus peracta. 2. Tregua Canonica perpetua, que sine dierum discrimine currit, conceditur Clericis, Religiosis, rusticis, mercatoribus, & Legatis, quoad vacant agriculturæ, mercimoniis, & legationibus. Hæc omnia statuuntur in c. 1. & fin. h. t. sed consuetudo jam ferè totam treguam Canoniam abrogavit.

6. Q. V. Quando pax acquiratur? R. 1. Terminatione belli: nam juxta Canon. 3. noli. 23. q. 1. non pax queritur, ut bellum excutitur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. 2. Pactis publicis interprincipes. 3. Interposita auctoritate superioris, qualiter Papa inter principes christianos partem rogando, partem ex justa causa jubendo, conciliare solet pacem. Si vero publica sint dissidia inter cives, princeps eos cogere potest ad pacem, & compositionem l. 13. ff. de off. p. r. s. d. Nov. 17. c. 2. quia hoc exigit bonum publicum. At si lis privata sit, partes cogi nequeunt ad transactionem, & compositionem Nov. c. 24. fin. ne cui jus suum tollatur, nisi causa esset valde intricata, vel nulla foret spes controversiæ finiendæ, aut grave malum inde immineret, arg. cit. l. 13.

7. Q. VI. Quid princeps possit in tractatu pacis? R. 1. Si pax alter obtineri nequit, princeps vi domini alti potest quæpiam damna subditis suis illata remittere, vel eorum bona hosti cedere: nam hic bonum publicum preferendum est privato; æquitas tamen suadet, ut princeps, & alii cives concurreant ad reparationem damnorum, que unus, vel alter patitur probatione pacis. At bona Ecclesiarum princeps laicus cedere nequit hosti sine legitimo consensu Papæ, & Episcoporum. 2. Si princeps inchoavit bellum injustum, tenetur in conscientia ex suis bonis reparare omnia damna, que subditi ratione talis belli patiuntur: nam in hoc casu est injustus damnificator. 3. Si tyrannus nolit aliter pacem, & liberationem civitati concedere, nisi ad certam mortem extradito sibi innocente, in probabili sententia Lessii, Lopez, wiggers, & aliorum, potest republica talem innocentem extradere tyranno: tum quia talis innocens obligatur pro salute patriæ se offerre tyranno; tum quia in hoc casu republica præcipue ex intentione sue salutis, & conservationis extradat innocentem, cujus mors est illi præter intentionem, & per accidens; tum denique quia valde credibile est, quod Deus reipubl. pro hoc casu dederit potestatem ad innocentem tradendum, non fecus ac gerendi bellum cum certo mortis periculo, ergo. Opposita sententia forsan videtur probabilior; quia non licet cooperari peccato tyranni, sicut neque propter liberationem patriæ licet tyranno extradere feminam, qua certo abutitur est, de quo lib. 5. tit. 12. n. 9.

rationis ad consensum necessario careant; ut infantes, amentes, furiosi extra locum intervalla, cbrni theologice, furdi, & muti simul, si consensum sigis externis exprimere non possint. Canone prohibentur Prelati super rebus Ecclesiæ alienandis sine solemnitate Canonica, de quibus lib. 3. tit. 13. item Monachi, quia velle, & nolle proprium non habent c. fin. de sepult. in 6. nisi adesse consensus Superioris, vel pactum fieret pro monasterio, vel circa actionem personalem facere a Religioso implebilem; ut si promitteret orare pro altero. Lex prohibetur. 1. Impuberes, seu pupilli, & minores in prejudicium suum: nam licet pacifici possint, alios obligando, & sibi acquirendo, attamen sine auctoritate tutoris, & curatoris alius obligari nequeunt. De qua re Legiste pluribus agunt ad cit. In. & ff. de auctor. tutor. 2. Prodigii iudicis, quibus a magistratu interdita est administratio suorum bonorum l. 6. ff. de p. s. 3. Filius, circa bona profecticia, & adventicia sine consensu patris; cum illorum proprietatis, & istorum usufructus cum administratione ad patrem pertinet, l. fin. C. de bonis, que liber; at circa castrensis, vel quasi castrensis filius libere pacifici potest: cum respectu eorum habeatur pro patrefamilias l. 4. ff. de castrens. perul. 4. Servus in prejudicium domini: tum quia servus, & upore civiliter mortuus, non est capax obligationis civilis, bene vero naturalis l. 14. ff. de O. & A. tum quia melior conditio noster per servos fieri potest, deterior fieri non potest l. 133. ff. de R. J. 5. Regulariter alter pro altero pacifici nequit, nisi ad hoc mandatum habeat, vel subiectus sit ei, pro quo pacificatur: nam alteri per alterum non acquiritur c. 5. In. per quas personas cuique acq. ibi: per extraneam personam nihil acquiri potest.

5. Q. II. An pollicitatio, hoc est, nuda promissio sine acceptatione sit obligatoria? R. Negative: nam ad promissionem ut obligatoriam requiritur mutus consensus l. 1. §. 3. ff. h. t. sed sine acceptatione non est mutus consensus, ut de se pater; ergo. Unde promissio non acceptata pro pacto promittentis revocari potest, non tantum si interna, sed etiam si externa sit præsentis facti: neque facta taciturnitas habetur pro consensu, nisi aliud ex circumstantiis, & signis exterioribus colligatur. His non obstat c. 6. de voto l. 11. pr. l. 3. §. 1. l. 4. ff. de pollicitat. c. 17. de jurej. nam promissio Deo facta per votum, vel juramentum tacite acceptatur a Deo; uti & promissio facta civitati, & republica ob certam causam, v. g. pro ædibus reficiendis &c. statim ab ipso jure suppletur consensus civitatis acceptatur, atque ita vim pacti habet obligatorii de jure naturali.

6. Q. III. An pactum nudum, seu promissio acceptata, producat obligationem naturalem in conscientia præstandi id, quod promissum est? R. Affirmative: ita c. 1. & 3. h. t. ubi pacta quantumcumque nuda dicuntur servanda, & opere complenda, & l. 1. pr. ff. h. t. Ulp. ait: Hæc sunt edicta, puta de pactis servandis, æquitas naturalis est; quid enim tam congruum fidei humane, quam ea, que inter eos placuerunt, servare. Ratio est, quia ad obligationem naturalem sufficit consensus liber, & serius de re licita præstitus, a jure non irritatus, ergo. Unde etiam Papa, & princeps, licet legibus suis soluti sint, tamen pactis obligantur de jure naturali, cui utique subiciuntur. His non obstat l. 7. §. 14. & 16. ff. h. t. l. 63. eod. & cap. 4. & seq. h. t. & l. 5. C. de postul. l. 15. 19. C. h. tit. nam hæc, & similia loca procedunt de pactis a jure reprobatas, & irritatis.

7. Q. IV. An pacta nuda producant obligationem civilem, & actionem in foro externo? Affirmant de jure Canon. Abb. Lessius, Vall. Pagnan. c. 1. h. t. a. num. 15. Baldus & alii. Negant Imoc. Gonzal. c. 1. h. t. a. n. 8. Zoes, & multi alii, cum quibus, R. negative: ita de jure civili l. 7. §. 4. ff. h. t. ibi: igitur nuda pacta obligationem non parit, sed parit exceptionem: idem tenetur l. 45. eod. & l. 10. 21. 28. C. eod. Jus autem Canonium nullibi clare contrarium decernit, licet c. 1. & 3. h. t. dicat pacta esse servanda, sicut id ipsum dicit prætor l. 7. §. 7. ff. eod. ex quo non colligitur obligatio civilis, sed naturalis, ob quam jus Canon. ad impediendum peccatum concedit denunciationem evangelicam, vel implorationem officii nobilis, vi cujus iudex Ecclesiasticus compellat par-

tes ad pacta servanda. Ratio est, quia pacta nudæ fræquenter, & sæpe incaute sunt, ergo ne tribunalia innumeris litibus pægraventur, merito jus denegavit actionem ex pactis nudis: que ratio etiam locum habet in foro Canonico, cum & fact. Canones abhorreant multitudinem litium; & ideo ob lationem infra dimidium non concedunt actionem c. 3. & 6. de empir. & vend. Ex his resolvuntur c. 1. & 3. h. t. ibi: aut convenius: nam reus conveniri dicitur sive per actionem strictam, sive per implorationem officii iudicis, ut conscientis consulari c. 13. de judic. Nec obstant c. 1. de judic. c. 11. de prob. cap. 9. de prob. Can. 3. quis 12. q. 5. & c. 9. & 28. de jurej. cum Can. 12. juramenti 22. q. 5. nam in his locis sermo est de pactis legitimis. Hæc ita de jure scripto; at de hodiernis moribus, quibus formæ stipulationum exoleverunt, omnis serâ promissio, & pactum deliberatum vim habet stipulationis, & consequenter parit obligationem, & actionem civilem.

8. Q. V. An pacta nuda habeant aliquos effectus in foro externo? R. Affirmative: nam 1. paritur exceptionem contra paciscentem etc. l. 7. §. 4. ff. h. t. Sic Cajo petenti centum creditos, quos ille promissio se non petendum, opponere potes exceptionem pacti de non petendo. 2. Paritur compensationem, que naturam exceptionis imitatur, ut si debeas Cajo centum ex mutuo, & ille tibi centum debeat ex pacto, unum debitum cum altero compensare potes, l. 6. ff. de compensat. ubi Ulp. ait: etiam quod natura debetur, venit in compensationem. 3. Impedit debiti solvi repetitionem l. 51. & 64. ff. de condition. indest. ut si Cajo solvisti centum ex nudo pacto debitos, solummodo petere non potes. 4. Fidejussor accedens pacto, efficaciter obligatur l. 1. & l. 16. §. 3. ff. de fidejussor. & mand. ubi Ulp. ait: fidejussor accipi potest, quoties est aliqua obligatio civilis, vel naturalis, cui applicetur.

9. Q. VI. Super qua materia, seu objecto pacta fieri possunt? R. Super omni re honesta, & patibilibi, & in commercio humano existente, cui jus specialiter non resistit. Item super omni facto proprio, possibili, & honesto, non tamen super facto alieno, quod non est in arbitrio promittentis, nisi præcipue promittatur cura, & industria procurandi, ut alter agat. Ex his patet non valere pactum detrahendo libro magico, hæretico, vel rebus sacris ad usum malum, vel de dando foro, platea, & aliis rebus in commercio humano non existentibus. Item inutile est pactum de rebus incertis, & genericis; ut substantiæ, corporis, viventis animalis, cum tali pacto satisfieri possit dando muscam, vel culicem. At de genere infinito determinato (logice dicitur species) pactum fieri potest, ut de dando boves, equo &c.

10. Q. VII. Que pacta reprobandur a jure Canonico? R. seqq. 1. Pactum, quo beneficium Ecclesiasticum pecunia resignatur, v. g. ut expensæ solvantur. 2. Pactum de succedendo post mortem Prelati in ejus Ecclesia. 3. Pactum dandi majorem pensionem pro consequatione Ecclesiæ. 4. Pactum prejudicium Ecclesiæ parochiali, ne decime, vel sepultura ad eam pertineant. 5. Pactum quodecumque circa spiritualia, simoniam, vel aliam turpitudinem redolens. Ita c. 4. 5. 6. 7. & fin. h. t. Hac pariter referuntur omnia pacta, que peccatum continent, vel ad illud provocant; ut pactum de fornicando, de remittendo crimine futuro; secus est de remissione delicti præteriti &c. E contra valent pacta, que Superiores regulares locales de consensu capituli localis ineunt cum rectoribus Ecclesiarum, v. g. ut certi parochiani non recipiantur ad sepulturam Ecclesiæ regularis, & alia hujusmodi; modo de se sint licita, & honesta c. 1. & fin. h. t. in 6. & quia talia pacta valent, etsi nullus adhaerit consensus Provincialis, aut Generalis. Verum Prelatos locales oportet esse cautos, ne quid simile attentent sine consensu majorum Superiorum.

11. Q. VIII. Que pacta reprobandur a jure civili? R. seqq. 1. Pactum advocati cum cliente super quota litis l. 53. ff. h. t. l. 5. C. de postulando, quia invitatur advocatum ad delinquendum, & fallaciter in judicio agendum. 2. Pactum medici cum ægroto super aliqua re l. 3. ff. de extraord. cognit. quia hoc sapientiamdam extorcionem. 3. Pactum super hereditate viventis; & quidem non valet pactum inritum cum testatore

de succedendo illi; cum ei auferat libertatem testandi jure publico concessam l. 61. ff. de V. O. & l. 15. & fin. C. h. t. neque valet pactum inter duos de successione, seu hereditate tertii inter se dividenda cit. l. fin. C. h. t. quia continet votum captandæ mortis, nisi vivens testator consentiat, ibid. Denique non valet pactum de non succedendo, seu renuntiatione hereditatis l. fin. ff. de suis & legit. l. 3. C. de codicill. ubi non obstante renuntiatione, filia ab intestato patri succedit: nam tale pactum renuntiatorum retrahit liberos ab obsequio paterno, ad quod plurimum spes successio- nis allicit. Hæc ita de jure scripto. At de moribus, præsertim Germaniæ, ubi ex actis hereditariis tristes eventus non timentur, communiter approbantur pacta super successioneibus, & renuntiationibus hereditatum, maxime inter personas illustres. Gail. Zoes, & alii, ut praxis probat.

12. Q. IX. An pacta a jure civili reprobata, & irrita convalidentur apposito juramento? R. Affirmative, dummodo talia pacta non sint contra bonos mores naturales, nec contra bonum publicum, aut jus tertii. Ita cap. 28. cum coningat de jurei. ubi præcipitur servari, juramenta sine vi. & dolo sponte præstita, que in alterius præjudicium non redundant, nec observata videntur in dispensatione salutis æternæ. Hinc valent pacta jurata super alienatione rerum dotalium, ibid. super renuntiatione hereditatis, c. 2. h. t. in 6. &c. & ita in utroque foro judicandum esse docent Bonifac. VIII. c. 2. de jurei. in 6. Plura de his in lib. 2. tit. de jurei. Cetera de substantialibus, naturalibus, & accidentalibus pactorum, referuntur ad materiam contractuum lib. III.

TITULUS XXXVI.

De Transactionibus.

Agitur de hac materia in Canon. fin. 5. q. 1. in ff. & C. h. t.

1. Nota, transactionem esse præcipuam speciem pactorum, eamque accipi, vel late pro quacunque compositione negotii, etiam non litigiosi, vel stricte conformiter huic titulo; & sic definitur, quod sit de re dubia, & lite incerta pacto non gratuita, cum utrinque onus imporetur, aliquo dato, vel promisso, renentio, vel remisso, cap. 7. h. t. l. 1. ff. & l. 38. C. cod. Et quantumvis transactio ex parte materia sit distractus, ut pote litem dubiam dirimens; quia tamen importat conventionem ultio, citroque obligatoriam, merito dicitur contractus, & quidem innominatus, qui hoc modo explicatur: abstineo a lite, ut des tantum, vel tantum do, ut a lite abstineas; idque speciale habet, quod, ea facta, penitere non liceat, l. 16. C. h. t. Est autem transactio, vel realis, qua gravatur res, vel personalis, qua gravatur persona; illa, non ista transit ad successorem rei.

2. Q. I. Qui transigere possunt? R. Omnes, & soli, qui rerum suarum, vel alienarum liberam potestatem administrandi, & alienandi habent, cum transactio sit species alienationis l. 1. §. 6. ff. si quia in fraud. par. Prohibentur autem transigere de jure naturali usu rationis carentes, ut infantes &c. de jur. Canon. Religiosi sine consensu Superioris, & prelati super rebus Ecclesiæ, absque solemnitatibus Canonicis c. 3. h. t. de jur. civil. pupillus, & minor in suum damnum, tutores, & curatores super immobilibus, vel mobilibus pretiosis, syndici, administratores civitatis, & procuratores sine speciali mandato, vassallus super re feudali, pater super bonis adventitiis filii emancipati, hæres gravatus super fideicommissio, & quidam alii, de quibus Civiliter ad tit. ff. de transaction.

2. Q. II. Que sit materia transactionis? R. Omnis res dubia, & litigiosa, super qua lis mota est, vel moveri potest. In specie transactio de jure Can. non permittitur, 1. De re spirituali, aut huic annexa, cum intervenit temporali pro spirituali; ut super jure decimarum, beneficii Ecclesiastici, super jure patronatus, super spiritali subjectione c. 2. §. 7. 9. 10. h. t. nam transactio, dato temporali pro spiritali, est simoniaca. Super his tamen licita est gratuita, & amicitialis compositio, nullo temporali interveniente c. 7. h. t. exceptis beneficiis Ecclesiasticis, in quibus prohibetur

omnis pactio onerosa absque auctoritate legitimi Superioris c. 4. §. 6. h. t. tum ne detur vitiosus ingressus in beneficia, tum ut omnis species simoniæ evitetur. 2. Transigi nequit super matrimonio dissolvendo c. fin. h. t. que dispositio non extenditur ad sponsalia, utpote ex natura sua solubilia. De jure civili prohibetur transactio 1. Super alimentis futuris sine auctoritate judicis, ne is, qui alendus est, necessitati vitæ careat l. 6. ff. h. t. l. 8. C. cod. ubi permittitur transactio super alimentis præteritis, cum pro his dicta ratio non militet. 2. Super crimine publico, saltem non capitali, uti etiam super adulterio l. 18. C. h. t. ne talia crimina perniciosa maneat impunita. At super crimine privato, & publico capitali, uti & super crimine falsi permittitur transigere cit. l. 18. C. h. t. & l. 1. ff. de bonis eor. qui ante sen. ibi: Principes ignoscendum censuerunt eis, qui sanguinem suum qualiter redempsum voluit. 3. Super relictis testamento, vel codicillis, nisi cognita sint verba testamenti, aut codicilli l. 6. ff. h. t. 4. Super hereditate viventis l. 4. C. de posthumio revere. Denique transigi nequit de re certa, & de re judicata l. 1. ff. h. t. & l. 23. ff. de condit. instab.

4. Q. III. Que sit forma transactionis? R. Forma substantialis in eo consistit, ut transactio fiat non gratis, sed aliquo dato, vel renentio, promisso, vel remisso c. 7. h. t. l. 38. C. cod. ubi relictibus; transactio nullo dato, vel renentio, seu promisso, minime procedit. Accidentalibus autem formis consistit in eo, quod transactio fiat pure, vel sub conditione, extra, vel intra judicium ante sententiam latam; imo etiam post hanc latam in certis casibus admittitur transactio; ut si ab ea appellatum est, vel si contra eam, aut rem judicatum princeps admittat supplicationem, vel restitutionem in integrum l. 32. C. h. t. Ceterum judex regulariter non potest partes cogere ad transactionem, nisi res sit nimis intricata, & periculum armorum, & rixarum imminet.

5. Q. IV. Qui sint effectus transactionis? R. Sequi præcipui. 1. Terminatio cause controversæ; ita ut transactio vim habeat rei judicæ, neque revocari, aut rescindi possit, parte altera invita, l. 5. C. h. t. 2. Perceptio probationum in contrarium; ita ut neque instrumenta deinde repetita quidem prosint contra transactionem cap. 1. h. t. 3. Si transactio firmata sit rei traditione, aut stipulatione, parit actionem civilem; secus exceptionem lites finite l. 17. C. h. t. 4. Transactio generalis extenditur ad omnia sub genere contenta; specialis vero tantum ad expressa, & his accessoria, seu necessaria commoda, modo nihil dolo tractatum sit lib. 35. ff. de pactis & lib. 27. §. 4. C. de pactis.

6. Q. V. Ex quibus causis transactio rescindi possit? R. Ex seqq. 1. Ex causa doli, vel metus injusti, quo transactio extorta est l. 3. 19. 42. C. h. t. nam actione, vel exceptione doli, aut metus submoveri potest omnis pactio. 2. Ex causa falsi instrumenti, etiam bona fide producti cit. l. 42. quia desit consensus in rem dubiam transigendam, cum falsitas non reddat causam dubiam 3. Ex causa erroris substantialis l. 15. ff. de jurist. 4. Ex causa gravis læsionis illate pupillo; vel alteri persona gaudenti beneficio in integrum restitutionem cit. C. si adversus transact.

7. Q. VI. An rescindi possit transactio utrinque bona fide inita, si per illam major lesus est ultra dimidium? Negat Gloss. in c. 6. de emp. Bald. Menoch. Gail. Schmalz. & alii, quorum sententia usu, & praxi tribunali sumata est. Assumant Bartol. Abbas, Fach, Engl, Pithing, Reiff, cum quibus R. affirmative. Prob. ex l. 5. si superstit. C. de dolo malo, ubi illa emancipata, que per transactionem bona fide cum patre initam immodice læsa est, conceditur actio in factum contra patrem: puta ut vel latio repararetur, vel transactio rescinderetur: tum quia dolus ex proposito, & dolus facti, seu re ipsa interveniens, æquiparantur in jure in ordine ad reparandam læsionem l. 36. ff. de V. O. ibi: idem est, etsi nullus dolus intercesserit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habeat; atqui in læsione ultra dimidium dolus re ipsa adesse præsumitur l. 17. §. 1. ff. que in fraud. creditor. ergo. Ratio est, quia in venditione conceditur rescissio ob læsionem ultra dimidium l. 2. rem C. de rescind.

rescind. vend. quia hoc humanum est, ne alter ex alterius factura locupletetur; que ratio etiam militat pro nostro casu, ergo. His non obstat l. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell. a sens. contr. l. 10. 20. & 29. C. h. t. l. 65. §. 1. ff. de condit. instab. nam jurata intelligenda sunt pro casu, quo nullus dolus, vel error, etiam re ipsa commissus est in transactione; vel si quis scierit ob bonum pacis transigere, etsi ledatur; cum volenti non fiat injuria. Hac ita in theoria: quia vero in praxi difficile est probare læsionem, cum ista non desumatur absolute ex re, sed per computationem ad incertum eventum litis, & victorie; ideo transactio ob læsionem majoris rarissime rescindi poterit.

TITULUS XXXVII.

De Postulando.

Agitur de hac materia in Decreto Canon. 2. infames. 3. q. 7. & Canon. 7. 8. de panit. d. 1. In Pandectis lib. 3. tit. 1. In Codice lib. 2. tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

1. Nota 1. Postulationem in præsentem accipi pro advocacy, seu officio advocati, qualiter vocatur orator, causidicus, seu patronus cause: & definitur, quod sit persona legitima pro altero presente in judicio assistens, ejusque causam legitime secundum jura defendens. Distert a procuratore: quia advocatus est persona jurium perita, fungitur munere publico, & honorabili pro præsentem postulat; & si causam male agat colludendo cum adversario, tenetur de prævaricatione l. 1. C. de advocat. divers. judicior. e contra procurator est persona non necessario jurium perita, sed solum diligens, & industria, fungitur de se munere privato, & vili, pro absente agit, & si causam male procuret, tenetur actione mandati l. 8. ff. mandati.

2. Nota 2. Advocatus esse varios 1. Sunt publici, qui in causis fisci, & aliis publicis operam præstant cit. C. de ad. fise. privati, qui in causis privatorum patrocinantur. 2. Ordinarii, seu jurati, aut immatriculati, qui juramento præstito, publica magistratus auctoritate ad officium postulandi deputantur, & alio advocatorum inferuntur, Extraordinarii, qui stabiliter auctoritate magistratus non sunt deputati, sed quasi extra ordinem minus advocandi exercent. 3. Voluntarii, qui a partibus rogati sponte agunt; & necessarii, qui etiam invitati coguntur a iudice patrocinium causæ suscipere; ut si iudex egro det advocatum, c. 1. de off. judic.

3. Q. I. Qui possint advocare? R. Generaliter omnes, qui nominatum non prohibentur: nam edictum de postulando in Pandectis h. t. propositum, est prohibitorium in materia generaliter permissa, ergo. Prohibentur autem edicto prætoris in primo ordine minores 17. annis, & furdi, qui pro nullo postulare possunt, l. 1. §. 3. ff. h. t. In secundo ordine femina, coeci, & turpitudine notati, qui pro aliis postulare nequeunt, ibid. §. 5. & seqq. In tertio ordine infames, & de publico crimine; ut reputandum, vis, ambitus, & simili convicti; qui tantum pro certis personis postulare valent; ut pro parente, patrone, & conjunctis, ibid. §. 8. usq. ad fin. Præterea repelluntur servi, quia juris civilis communionem non habent, l. 32. ff. de R. J. heretici, & infideles, l. 15. C. de Episcop. aud. l. fin. C. h. t. jurium imperii l. 2. C. h. t. judex, & arbiter in eadem causa, quam judicant, l. 6. pr. C. h. t. fiseus, vel respublica, vel potentiores contra privatum, cit. C. ne liceat potentior. & tit. ne fiseus, vel respubl. 2. Per sententiam iudicis a postulando remoti possunt, qui pacti sunt super quota litis, vel a iudice iusti noluerunt advocare l. 5. 7. C. h. t. vel qui colluserunt cum adversario arg. l. 1. & 5. ff. de prævaricat.

4. Q. II. Qui jure Canon. prohibeantur postulare? R. 1. Excommunicati, c. 8. de sen. excom. in 6. 2. Monachi sine consensu Prælati c. 2. h. t. & Canon. 35. Monachi 10. q. 1. ubi limitatio ponitur, nisi utilitas monasterii talem advocacyem exposceret; exceptis tamen Mendicantibus, qui pro nulla utilitate sui monasterii advocare possunt, etiam de licentia Prælati Clem. 1. de V. S. 3. Clerici seculares omnes in causa sanguinis, vel mutilationis ob periculum irregularitatis. P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

tatis, c. 9. ne Cler. vel Monach. licet pro reo advocare non videatur esse prohibitum. Item contra propriam Ecclesiam, vel proprium Episcopum c. fin. h. t. nisi quis postularer in causa propria, vel pro persona miserabili. 4. Sacerdotes postulare possunt pro se ipsis, personis conjunctis, aut miserabilibus, & pro causa suæ Ecclesiæ cap. 1. & fin. hoc rit. Diaconi, & Subdiaconi insuper possunt postulare in quibuscumque causis etiam civilibus coram iudice Ecclesiastico; minoribus autem coram iudice etiam seculari in quibuscumque causis, præter causam sanguinis, & mutilationis, cit. cap. 1. hoc rit. a sens. com. ubi minoribus prohibetur advocatio coram iudice seculari tantum in eo casu, quo stipendis Ecclesiasticis sustentantur.

5. Q. III. Quod sit officium, & obligatio advocati? R. 1. Est discernere causam, ne falsam, & injustam suscipiat, sed vere probabilem, ne cliens damnificetur, & pars altera molesteretur. Non obierit autem, si causa opposite partis ab initio appareat probabilior; tum quia cliens intentare potest causam vere probabilem, non obstante majori probabilitate alterius; tum quia in decursu iudicii sæpe multa evadunt probabiliora, que ab initio minus probabilia videbantur, Gutier. Haunol. contra Sotum. 2. In agendo advocatus solerter indagare debet merita causæ, servare modestiam, veritatem sine fallacis, fidelitatem, & constantiam, ne causam susceptam deserat, nisi evadere improbabilis. Unde vitabit superfluas allegationes, frivolas, & frustratorias dilationes, & exceptiones; & multo magis collisiones cum adversario. 3. Suo salario contentus erit: & ideo nec pacificetur super quota litis, nec super palmario, seu certo pretio in casum victoriæ solvendo, lib. 5. C. hoc rit. cum etiam pactum de palmario invitet advocatum ad fallaciter procedendum in causa, propter victoriam obtinendam. Evicta autem causa, nihil prohibet aliquid accipere palmarii nomine. 4. Durante lite, non licet advocato contrahere cum cliente, ut emendo, conducendo l. 6. C. hoc rit. ne cliens videatur cogi ad contrahendum. 5. Denique non licet ci alienas lites modico pretio emere, alioquin non ager, nisi ad quantitatem date pecuniæ l. 22. C. mandati, & cap. fin. de alienat. jud. ne hoc modo detur occasio suscitandi lites innumeras.

6. Q. IV. An & quando advocatus obligetur ad restitutionem? R. 1. Si causam injustam scienter suscepit; tunc enim tenetur compensare damna parti læsæ illata, S. D. 2. 2. q. 71. ar. 3. in corp. 2. Si post diligentem considerationem sincere non aperuit clientem, quanta sit probabilitas causæ, & spes victoriæ; alioquin si falsa promissione, & inani spe illum lactavit, tenetur clienti ad restitutionem sumptuum, quibus injuste illum damnificavit, Laym. & alii com. Vide S. D. 2. 2. cit. q. 71. per tot. Ceterum advocatus, qui paratus est semper suscipere causam, sive iusta, sive iniusta sit, non debet, nec potest a confessorio absolvi; quia hæc prava voluntas, cum sit continuatum peccatum, impedit debitam dispositionem ad valorem absoluteionis requisitam.

7. Q. V. Que sint privilegia advocatorum? R. Personalia sunt. 1. Nobilitas competens advocatis in dicasterio supremo principis l. 7. C. h. t. 2. Immunitas a penis ignominiosis, ut fustigatione, suspensio, l. 16. 18. & fin. ff. de pen. 3. Immunitas a tortura, & carcere communi l. 8. C. de qq. 4. usus vehiculi in loco, ubi princeps residet, arg. l. un. C. de honorar. vehicul. 5. Communicatio in privilegiis militum arg. l. 14. C. h. t. exceptis iis, que ob ignorantiam militibus concessa sunt. Realia sunt: 1. Immunitas ab oneribus, & muneribus realibus, ac personalibus, l. 6. C. de profess. & med. 2. Exemptio ab onere hospitandii, ibid. 3. Beneficium competentæ, ne ultra honestam sustentationem solvere cogantur, l. 6. & 18. ff. de re jud. 4. Prælatio filiorum ad officium advocati l. 5. §. 5. C. de advocacionib. divers. judiciorum. Sed hæc privilegia hodie multum attrita sunt.

TITULUS XXXVIII.

De Procuratoribus.

Agitur de hac materia in Sexto, & Clem. h. r. In Decreto dist. 89. & 5. q. 3. & c. 1. infam. 3. q. 7. & Can. 3. cap. 9. q. 3. In Institutionibus, Pandect. & Codice tit. de procuratoribus, & tit. mandat.

1. Nota 1. Procuratorem, quasi pro alio curatorem, esse illum, qui aliena negotia mandato domini administrat lib. 1. ff. hoc tit. Differt a negotiorum gestore, quia iste sine mandato aliena negotia gerit: a tutore, & curatore, quia isti ex testamento, lege, aut a iudice deputantur ad res pupilli, aut minoris administrandas.

2. Nota 2. Procuratorem varie dividi: nam 1. Est verus, qui legitimum domini mandatum habet: & falsus, qui vel nullum mandatum habet, vel insufficientis, aut jam revocatum l. 24. C. h. r. 2. Judicialis, seu ad lites, qui ad iudicium, & extrajudicialis, seu ad negotia, qui ad negotia extra iudicium agenda constituitur. 3. Principalis, qui immediate a domino, & substitutus, qui a procuratore principali constituitur. 4. In rem alienam, qui negotium agit in utilitatem domini, & in rem suam, qui negotium sibi a domino cessum in utilitatem suam agit quo casu actio directa, v. g. murti exercetur nomine domini cedentis: actio vero utilis nomine procuratoris cessionarii. 5. Specialis, qui ad certum negotium, & generalis, qui ad omnia negotia deputatur: & hic vel est generalis cum libera, hoc est, cum plena potestate administrandi omnia, que domini sunt, & ideo dici solet plenipotentiarius: vel generalis simpliciter sine tali clausula, qui tantum potest ea, que sibi commissa sunt in mandato.

3. Q. I. Qui possunt constituere procuratorem? R. 1. Generatim omnes, qui specialiter non prohibentur: cum edictum circa procuraciones sit prohibitorium in materia generaliter permissa, l. 33. & 43. ff. h. r. Et quidem procuratorem ad negotia constituere potest quilibet, qui rerum suarum, vel alienarum administrationem habet, ut dominus, tutor, filius, quoad castrensis, & servus quoad bona pecuniaria tit. l. 33. pr.

4. R. 2. Constituere procuratorem ad lites possunt tantum illi, qui sunt domini lites, & per se ipsos agere possunt: ut circa castrense peculium, circa injuriam non ardua: si vero ardua sit requiritur consensus capituli arg. c. 6. de juram. calum. Universitas, tamquam domina, & persona ficta c. 7. h. r. Si vero in communitate aliqui sint excommunicati, vel alias inhabiles, horum auctoritate non debet procurator constitui: multo minus in mandato eorum nomina exprimi, sed solum habitum, cap. fin. h. r. Denique procurator, cum citius non fiat dominus lites, nisi lite jam contestata, tunc, & non ante constituere potest substitutum: nisi hoc ipsum sit ei prohibitum vel expresse, vel tacite ob gravitatem negotii, pro quo electa est industria persona c. 1. h. r. in 6. c. fin. cod. Ad negotia autem extrajudicialia procurator regulariter potest sibi alium substituere tit. cap. 1. §. procurator, cum plerumque in his negotiis non vertatur tantum prejudicium, quantum in iudiciis.

5. R. 3. Procuratorem ad lites dare prohibentur. 1. Servus, nisi de statu suo litiget l. 33. §. 1. ff. h. r. 2. Filium, exceptis illis causis, in quibus ipse agere potest: ut circa castrense peculium, circa injuriam sibi illatam, l. 8. ff. h. r. 3. Minor sine auctoritate curatoris, exceptis causis spiritualibus, in quibus habetur pro majoranni, & pupillus sine auctoritate tutoris c. fi. de iud. in 6. 4. Tutor, curator, syndicus ante litem contestatam, cum citius non fiat domini lites, licet actorem constituere possint ante litem contestatam l. 11. C. h. r. 5. Capus ab hostibus, cui actor non vero procuratorem constituere conceditur l. 15. ff. ea quib. caus. major. quia capus non est sui juris. 6. Excommunicatus, cui non ad agendum, sed prae ad defendendum conceditur procurator c. fin. h. r. 7. Religiosus Clem. 3. h. r. nisi pro se agat, v. g. contra Praelatum.

6. Q. II. An dominus in casu impedimenti compelli possit ad constituendum procuratorem? R. Affirmative, si impedimentum est perpetuum, vel diu duraturum: ne jus alterius peccat, aut ledatur: at si est temporale, & brevi cessaturum, nemo regulariter cogitur ad constituendum procuratorem: nisi aliud habeat consuetudo: sicut in Camera imperiali, ubi omniatraguntur per procuratores.

7. Q. III. Qui constituere possunt Procuratores? R. 1. Generatim omnes, qui specialiter non prohibentur, cum hoc sit de genere permissorum. R. 2. Praeter infantes, & usu rationis carentes, nec ad lites, nec ad negotia procuratores fieri possunt milites l. 9. C. h. r. nec a clericis avocentur: nisi agant in rem suam vel nomine coheredis sui: item minores 17. annis c. 5. h. r. in 6. R. 3. Procuratores ad lites constitui nequeunt. 1. Servi lib. 33. pr. ff. h. r. 2. Banniti, & rei criminis capitalis, donec suam innocentiam probent l. 6. C. h. r. 3. Redemptes alienam litem, vel super quota lites pacificentes arg. l. 5. C. de postul. 4. Potestates tit. C. ne lic. pot. tenent, quia praesumptum sua potentia velle opprimere adversarium. 5. Excommunicati cum non habeant personam standi in iudicio c. 8. de probat. 6. Religiosi, nisi de consensu Praelati in causa monasterii Clem. 3. h. r. 7. Clerici in casibus, quibus cit non permittitur advocatio. 8. Feminae l. 54. ff. & l. 4. C. h. r. quia officium procuratoris virile est, & a pudore femine sexus alienum l. 18. C. cod. Excepi, nisi femina agat in rem suam, vel pro parentibus inhabilibus, vel pro defensione libertatis, vel pro filiis, quorum iuris est, vel pro iuribus monasterii, si Abbatissa est, l. 47. ff. h. r. l. 3. §. 2. ff. de liberal. caus. c. 67. de appell. c. 4. §. quia vero de consir. iur. ibi: eandem Abbatissam procuratorem ipsius auxilium statuerent. 9. Infames infamia juris, aut facti de iure Canon. Can. 1. infamia persona nec procurator esse potest, nec cogitur: que dispositio praesertim de hodiernis moribus, recitatur etiam in foro civili, cum §. fin. Inst. de excep. loquatur solum de infamia dubia. 10. Minor 25. annis de iure Canon. c. 5. in fin. h. r. in 6. ibi: ad iudicia tamen nisi maior. 25. annorum fuerit, deputari nequibit. At de iure civili sufficere 17. annos docent Perez, Zoes, Kees, & alii. Sed probabilis certa dispositio juris Canon. servanda est etiam in foro civili, ut voluit VVesemb. Schmier cum cit. nam iuxta l. 57. ff. h. r. Minor 25. annis defensor idoneus non est, ne scilicet redeat iudicium elusorium, minore restituito, sed etiam si minor esse procurator, iudicium reddi potest elusorium, saltem in casu, quo principalis lapsus facultatibus non esset solvendo: tunc quia minores non habent legitimam personam standi in iudicio l. 2. 3. C. qui leg. person. & ideo filius, tutor repelli debuisset a procuratoris officio, nisi patrem absentem defendisset ex pietate, & commiseratione l. 12. C. h. r. ergo. Nec obstat §. 5. in quibus ex causis: nam favore libertatis conceditur, ut servus minor manumissus ad officium procuratoris admittatur.

8. Q. IV. An filius: an absens: an duplex procurator constitui possit? R. Ad 1. Affirmative, ex c. 14. h. r. l. 8. ff. cod. quia filius, ex omni contractu obligari potest, l. 39. ff. de O. & A. si quid tamen nocuissent pater exinde sentire deberet, necessarius est eius consensus. Ad 2. Affirmative, modo absens ratum habeat mandatum l. 1. §. fin. ff. h. r. imo si ipsum tenuit, mutata voluntate recipere potest mandatum c. 7. h. r. nisi in casum voluntatis alius a domino fuisse deputatus. Ad 3. Affirmative c. 6. h. r. in 6. l. 32. ff. h. r. & quidem si plures constituantur singuli in solidum, locus est praeventioni: si communitur, seu univerti in solidum, aliter sine altero non ager, nisi iudex ob celerem expeditionem unum ex eis eligeret, tit. c. 6. §. sane h. r. in 6. Si plures diversis temporibus constituti sunt, regulariter posterior praerit prior, nisi aliud ex mandato procuratorio colligatur, l. 31. §. fin. ff. h. r.

9. Q. V. Qua forma, & modo constituatur Procurator? R. Mandato procuratorio legitime confecto secundum stylum cuiusque curiae; ut uti continet nomen constitutivum, constituti, adversarii, causae, iudicis, & necessariae clausulae iuramenti de calumnia, cautionis de rato, & indemnitate &c. diem, & annum cum aliis consuetis solemnitatibus. 2. Hoc mandatum per instrumentum, vel saltem per testes probatum, ita est necessarium procuratori, ut sine eo non admittatur ad agendum: & acta iudicii sunt ipso iure nulla arg. cap. 4. v. nos vero hoc tit. quia procurator sine

hac mandato reputatur persona extranea, cui nulla est actio contra reum. Suppletur autem hoc mandatum, si quis agat domino presente, & non contradicente, l. 18. ff. mandati, vel pro personis conjunctis l. 35. ff. h. r. vel pro uxore c. 12. h. r. & l. 21. C. cod. vel pro consorte ejusdem litis l. 2. C. de consort. iudic. lit. vel pro iuribus Ecclesiae, si praelatus dilapidet bona, & negligat iura illius, c. 1. de rest. spol. & c. 6. de reb. Eccl. alien. Denique si defensor est rei absentis: tunc enim admittitur sine mandato; modo satisfidet de iudicio solvendo, vel de rato in casu, quo reus convenitur actione reali, l. 40. 64. 76. ff. & l. 12. C. h. r. nam ratio naturalis suadet, & publice interest absentes, etiam ignorantes pro quemcumque idoneum defendi, ne ignari damnari patiantur, l. 33. ff. de neg. gest.

10. Q. VI. In quibus negotiis, & causis constitui possit procurator? R. Generatim in omnibus; quae specialiter non excipiuntur: cum materia ista sit de genere permissorum; ergo concessum intelligitur, quod nominatim non prohibetur. Unde procurator dari potest in causis pecuniariis, liberalibus, temporalibus, spiritualibus, matrimonialibus, in lites etiam futurus, in prima, & secunda instantia, ut passim haec asseruntur h. r. in utroque iure. 2. In causis famosis, ubi infamia per se, & principaliter insiguit reo; admitti potest procurator; cum id nullo iure vetetur: uti etiam in causis criminalibus aliis, in quibus civiliter agitur ad poenam pecuniariam, aut similem; cum exequutio non fiat in persona, sed in bonis, c. 5. h. r. l. 42. ff. cod. 3. In causa criminali criminaliter intentata, seu ad vindictam publicam; si imponenda est poena relegationis, vel minor, admittitur procurator pro reo, non vero regulariter, si imponenda est poena capitalis, vel major relegatione. Ita l. 1. ff. an per alium cause app. l. 13. ff. de publ. iudic. & c. 15. de accusat. Ratio primi, quia si reus fugiat, sententia non redditur elusoria; cum ipsa fuga exequi possit poenam relegationis. Ratio secundi & tertio; quia in casu, quo reus fugerit, sententia capitalis, vel relegatione maior, nullum haberet effectum: non quidem in procuratore utpote innocente, non in reo, utpote profugo, ergo. 4. Si reus personaliter comparere non potest in iudicio, probabile est admitti posse procuratorem in causa capitali, non tantum ad allegandam causam absentiae, & opponendas exceptiones dilatorias contra adversarium, iudicem, & testes, sed etiam ad probandum, & defendendam ipsam innocentiam rei. Ita Fachin. Pirhing, Schmal, Zoes, h. r. num. 4. contra Gloss. c. 15. de accus. v. criminali. Prob. ex l. 3. C. de accus. ubi indistincte Alex. Imp. restituit: Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, legibus publicorum iudiciorum permittitur. Idem docet JCrus l. 33. §. 2. ff. h. r. nam causa capitalis digna est commiseratione; ergo licet in illa admittitur transactio l. 18. C. de transact. ita quoque admittendus est procurator ad defendendum. Ceterum, si procurator succumbat, etiam absentes condemnantur, & exequutio fit; quatenus potest etiam in pictura. Clar. 5. sent. §. fin. q. 45. Zoes, & alii. Quia vero hodie inscriptio in poenam talionis sublata est, quilibet per procuratorem accusare potest; licet in praxi raro id accidat, cum nunc contra criminosos plerumque vigeat inquisitio. 5. Actor per procuratorem nequit intentare actionem cuiuslibet de populo competentem; quia ante litem contestatam non est ejus dominus l. 42. ff. h. r. reus vero eam excipere potest per procuratorem l. 5. ff. de popular. act. cum per illam plerumque pecunia, & intertelle petatur.

11. Q. VII. Quod, & quale sit officium procuratoris? R. 1. Est diligenter negotia domini secundum formam mandati administrare arg. l. 1. pr. ff. h. r. 2. Hoc officium est gratuitum, quam mandatum, nisi gravatum sit, nullum est l. 1. §. fin. ff. mandati. Alioquin si merces constituitur, non procurator, sed operae locator est, ibid. in fin. finito autem officio, si quid remunerationis causa detur, non mutatur natura hujus contractus l. 6. 7. ff. cod. 7. Procurator idoneo mandato instructus hodie non satisfidet, licet mero iure procurator actoris satisfidare deberet de rato l. 1. C. h. r. at defensor rei mandato carens, si actio est personalis, teneatur dare satisfactionem de iudicio solvendo; P. Remigii a S. Erasmo. Paris l.

si vero actio est realis, teneatur satisfidare de rato habendo l. fin. C. de consortib. ejusdem lit. l. 39. §. 2. cum seqq. & l. 40. §. 2. 3. ff. h. r. nam sine satisfidatione nullus est idoneus defensor rei alienae.

12. Q. VIII. Quae, & quanta sit potestas procuratoris? R. Generatim tanta, quanta in literis mandati continetur l. 10. C. h. r. & quidem 1. Procurator judicialis potest litem contestari, qua contestatione facta, fit dominus lites, & sententia in illum fertur de iure scripto civili l. 23. C. h. r. l. 1. C. de sen. & interloc. licet de consuetudine in camera imperiali, & aliis tribunalibus sententia ferri solet in dominum principalem. De iure Can. sententia ferri potest vel in personam procuratoris, ut c. 6. de Relig. domib. c. 2. de capell. monach. vel in personam principalem, ut c. 6. de in integr. rest. c. 14. de consib. Exequutio autem fit in bonis domini, nisi procurator in rem suam datus fuisset, vel ad defensionem se obtulisset, data satisfidatione de iudicio solvendo, vel rato habendo l. 61. ff. h. r. 2. Procurator appellare potest a sententia contra dominum lata c. 11. h. r. cum appellatio pertinet ad primam instantiam. At prosequi appellationem regulariter non tenetur procurator invitus, ut communis sententia tenet ex c. 14. h. r. ibi: licet appellacionem prosequi non tenetur invitus, nisi aliud convenerit: nam prosequio appellationis, cum pertinet ad aliud iudicium in alio loco exercendum, regulariter non continetur in tenore mandati. 3. Procurator actoris datus ad agendum, vi hujus mandati censetur datus ad respondendum, seu defendendum arg. l. 33. ff. h. r. quia agere est principale, & respondere accessorium. A procurator rei datus ad agendum, respondere nequit: cum hoc sit principale; convenire autem potest procuratorem actoris, propter connexionem causae, tit. l. 33. §. 4. ff. h. r. 4. Procurator constitutus generaliter ad negotia, vi talis mandati censetur etiam constitutus ad lites, ut colligitur ex cap. 6. hoc tit. in 6. nam licet negotia in stricta significatione opponantur liti- bus, tamen in ampla, & adhuc propria significatione continentur sub se lites l. 5. C. de iuris. om. iudic. ergo negotia generaliter expressa, generaliter intelligenda sunt de judicialibus, & extrajudicialibus, per l. 8. ff. de publician. in rem act. Excepit illa, quae mandatum speciale requirunt, haec enim non potest procurator generalis; ut deferre juramentum lites decisivum, transigere, compromittere in arbitros, debitum remittere, donare, & similia, quae recenset Glossac. 11. h. r. v. posterioribus, nisi procurator generalis sit cum libera, quae clausula aequivalet mandato speciali l. 1. §. 1. ff. h. r. quamvis donatio non quidem sub hac clausula venire videatur. 5. Si in mandato generali exprimentur quaedam specialia cum clausula expediri cetera, quae speciali mandato indigent, poterit procurator his similia, vel minima, non autem majora, c. 4. h. r. Clem. 2. cod.

13. Q. IX. Ex quibus causis excipi possit contra procuratorem? R. Ex quatuor praecipuis: 1. Ex parte constitutis, quia carui potestate constituendi 2. Et ex parte constituti, quia non est idoneus ad officium procuratoris ratione aetatis, excommunicationis &c. 3. Ex parte causae, quia haec procuratorem non admittit. 4. Ex parte formae, quia non habet mandatum sufficiens.

14. Q. X. Quae gesta procuratoris absim, vel profint domino principali? R. 1. Gesta contra fines mandati non nocent domino l. 10. C. h. r. in qua procurator diligenter custodire debet fines mandati, & ultra non excedere. 2. Si procurator non excessit fines mandati, omnia ipsius gesta ad processum iudicarium pertinentia imputantur domino, licet aliquid dolo, aut culpa male gestum, aut omissum sit, tit. l. 10. C. hoc tit. cap. 2. §. nos igitur de in integr. restitui. Unde nocet domino 1. si procurator in praefixo termino non comparuit, si testes, & alias probationes, aut exceptiones non produxit, si fatalia appellationum labi sivit, si confessionem necessariam, seu a iudice imperatam erronee fecit, nisi dominus eam revocaverit &c. nam haec omnia tenebatur facere dominus per se, vel per alium: cum ergo nec per se, nec per alium fecerit, ei imputandum est, ut propterea sententia non rescindatur. 3. Si procurator extra illa, quae recipiunt processum iudicarium, deliquit, S. 2 ut